

CINTILLA VESTROGOTHORVM REX.



Cintilla sub Sisebutho optimo rege militares
ordines duxit, & ob plurimas uitutes sibi
magnū nomē cōparauit. Itaq; Sisebutho mortuo
nemo ex omnibus inuentus fuit cui iustius Gotho
rū in Hispania regnū committi posset. Nec postea
quicq; armorū gloria remissius egit. nā in ciues be
nignus pater, in hostes terribile fulmen extitit. Ro
manos sæpius quā felicius Hispanias impugnātes
ita repressit, ut trepidi in Italīa remearent, nec po
stea unq; subiugandis Hispanijs animū adhiberēt.
Itaq; is primus Gothorū regū fuit, qui singulari uir
tute & prudentia Hispaniarū monarchiā integræ
libertati restituerit, & sibi per omnia subiecerit, an

no 620. Deinde etiā Vascones in uicinas terras irrumpere ausos superauit, ac
eō rededit, ut Olitensem urbē ædificarēt. Demum toto Reipub. statu optimē
composito Toleti omnium subditorum luctu obiit, & Sisenandum filium re
liquit. Ioan. Mag.lib.16,cap.16.